



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata**

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex  
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

**Arias Montano, Benito**

**Antverpiæ, 1589**

Psal. LXXII. Deus iudicium tuum regi da.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44993**

- 22 Nablio & ipse etiam pleno, citharaque D E V M te  
Meum canam, sanctu Israël; teque tuaque fidem;  
23 Et fidibus mixtum referent labia hęc quoque carmen;  
Dexterque quam redēptor hanc erueras animam.  
24 Iustitiam cunctis meditata hęc lingua diebus  
Tūam requiret, consōnis vocibus ut referat;  
Cūm mihi consiliis iunctis mala multa parantes  
Turpis repulsa mouerit, vestieritque pudor.

PSAL. LXXII.

Deus iudicium tuum regi da.

BEATISSIMI REGNI INITIATIO.  
2 Salomonis.

- Carmen Dicolon Tetrastrophon.*
- R Egi iura D E V S da tua, filio ac  
Regis iustitiam confer amabilem,  
2 AEquus quā populum iudicet is tuum  
Princeps, atque inopes regat.  
3 Montes huic populo atque huic iuga collium  
Pacem compositi temporis afferent:  
4 Hic iudex inopum, ac, hic violentię  
Vindex, pauperibus salus.  
5 Te dum Solque die, Lunaque noctibus  
Præsint assiduis luminibus, colent  
Te sacerdos soboles postera posteris,  
Regem te & metuent bonum.  
6 Ceu detonsa cadens prata rigat vagus  
Imber, ceu pluiae roribus imbuunt  
Tellurem, viridi & gramine vestiunt,  
Flore ac purpureo beant:  
7 Sic hoc Rege piis plurima pax fluet,  
Vt ius perpetuo tempore floreat;  
Donec Luna suo deficiens loco  
Menses auferat ac dies.  
8 Is cuncta imperio prospiciet sacro,  
Externum mare quæ claudit & intimum,  
Vnde & prima caput fluminis proferunt  
Terre littora ad ultimę.  
9 Siluamus, genibus iam minor Aethiops.  
Hunc lucto ac veriti puluere supplices  
Hostes hunc precibus; muneribus colent  
Regna hunc Punica præstis.  
10 Hunc qui regna tēnent per maris insulas  
Reges assiduis muueribus petent;

Hunc

## LIBER I.

117

- Hunc reges Arabum: debita proferent  
Dona huic Aethiopes Sabæ.
- 11** Huic se præpositi gentibus omnibus  
Reges prouoluent, illius & ferent  
Gentes seruitum, quot variis tenent  
Orbem legibus ac modis.
- 12** Defendet querulum namque inopem, auxiliū  
Dignum, sed vacuum; tutor erit viro  
Quem constricta premens pauperies agit,  
Ac vis ditor opprimit.
- 13** Defectasque animas ille salutifer  
Seruabit redimens ne pereant mala
- 14** Fraude aut vi immodica; valde etenim fibi  
Horum charus erit crux.
- 15** Viuentemque inopem prouidus asseret,  
Donabitque Arabum torquibus aureis,  
Hunc semper precibus concilians suis  
Omni ac muneribus die.
- 16** Farrisque exiguum vertice in arduo  
Montis, ceu Libani cedriferi nemus,  
Densa fruge strepet, terra frequens viro.  
Vrbi ut grama proferet.
- 17** Eius perpetuò nomen erit sacrum,  
Nomen, quod soboles plurima proferet,  
Dum præsens facie ex ætheris axibus  
Sol effulserit aurea.
- Huius mirifico munere Gentibus  
Cunctis plena fluet diua beatitas;  
Hunc gentes celebri carmine maximum  
Dignuimusque imperio canent.
- 18** **I**AS imperio floreat vnico  
**P**RINCEPS ille bonus, qui **D**E**V**S Israhel  
Datus, solus habet mirificis modis  
Mira exponere munera.
- 19** Cuius magnificum nomen in ultimas  
Oras amplificans fama ferat memor;  
Et terram peragrans gloria compleatæ  
Omnem numinis illius.
- Explorata diu hæc consilia exitum  
Fautum pollicitis contiguum bonis  
Optare ac petere, & credere confore, &  
Exspectare iubent piis.  
Consummatæ sunt preces David filij Isai.

M 3 P S A L-